252

1510. ultimus Decembr.

Sigism: 1 Rex Poloniæ Stanislao Lanczkoroński Capneo Cameneceensi:

Quod petis à Nobis, ut ad Comitia Rnii venias, id hoc tempore concedere tibi non possumus, quamvis existimemus adventum istum tuum esse necessarium, tamen nolentes et terras Podoliæ et Vojevodam Valachorum præsentiâ et consiliô tuô in præsens destituere, volumus, ut isthic præsens adsis, intentus, ne quid ditiones isthic Nræ damni ab infidelibus patiantur, sed aut Rmum Dnum Archiepiscopum Gnesnenz aut Fratrem tuum de rebus omnibus etiam secretissimis instruas, ut alter eorum ea, quæ tu ipse veniens dicere deberes in Conventu, publicè aut privatim edisserat. Neque verò immemores erimus, ut statui tuo liberaliùs provideamus. De stipendiarijs Nris in locis ad videndum commodioribus collocandis, id tuo et Tworowski Arbitrio permittimus; Sed ita, ut facilè cum opus fuerit, in unum contrahi possint. Vojevodam autem Valachiæ, si quod petievit, in spe bona retineas. De quo interea consultabimus, ut eum à periculo salvemus præsertim, si veracem et justum se in partes nras præstiterit. 1510.